ere tutam, et tunc eo facilius conformatur
rcationis linea, si ars simul naturae auxi-
fert in partis sphacelosae depulsione. Quem
nem parti sphacelosae imponimus lintea
a cum Ung. Elemi, Ung. basilic. cum Myrrha

aut Camphora, Ung. camphor. alb., Ol. Terbinth., Petrol., Acid. pyro-lignos, Liq. Ammon. carb., pyro-oleos[39]), Calcar. oxymuriat., fomenta etiam aut cataplasmata tepida calida ex specieb. aromat., Succ. gestric., Acida mineralia et vegetabilia.

3. Ne sanies sphacelosa resorptione[40]) in organismum reflexum exhibeat, prae primis necesse est, saniei accumulationem prohibeamus, ejusque remotionem atque effluvium sublevemus, quod optime incisionibus in partes jam mortuas absolvemus. Nullo modo autem pars adhuc viva est laedenda, quo facto plus detrimenti, quam utilitatis incisione nostra efficeremus. Rust et ceteri medici omnes vituperant incisiones[41]; quas si caute instituemus, optimi esse effectus mihi videntur in sphacelo humido valde tumefacto[42]). — Incisionibus factis parti sphacelosae tum inspergimus aut imponimus remedia antiseptica et resorbentia, quae chemico modo saniem corrigunt aut resorptione diminuunt: Colophonium cum spirit. vini superinfuso, pulv. Rad. Calam. aromat., cort. Chinae[43]), Quercus, Salicis, Alumen, carbonem ligni Tiliae, quem Rust valde laudavit[44]), Nitrum, Ammon. muriat.

---

39) Hancke, über den heißen und kalten Brand im All. und über d. Empyreuma als Mittel wider den letztern insbesondere. Breslau, 1826.
40) Cf. quae de resorptione in therapia generali exhibita sunt.
41) Rust, l. c. p. 203.
42) v. Walther, a. a. O. §. 288.
43) Chelius, l. c. p. 36. §. 62.
44) Samuel Cooper, Neues Handbuch der Chirurg. Aus dem Engl. B. 2. Weimar, 1820. — Rust, l. c. p. 203.

Ol. Terebinth. etc. Quae omnia remedia nodo adhibemus, ut in ſphacelo humido in erſum magis pulveris formas porrigamus, hacelo ſicco fomentationes calidas atque casmata tepida. — Ruſt prae primis laudat rnum Nitri uſum et Calcariae chloricae hoc adhibitae [45]):

℞ Calcariae chloric. ℥jj—IV.
Aq. deſtillat. ℔j.

M. DS. Lintea carpta hac mixtura, ante uſum bene conquaſſata, madefacta quater per diem parti ſphaceloſae imponenda.

Alia adhuc remedia permulta, ut ſuccus ic. carnivororum [46]) acida vegetabilia et ralia, empyreumatica etc. laudantur. Quae a remedia in vi et actione ſua hoc modo ſubnus, ut, ſingulis partibus ſphaceloſis ex vivo ſolutis, eas caute, ne, ut ſupra jam expous, partes adhuc vivas laedamus ſanguinisrofluvium efficiamus, decidamus. Ad parſphaceloſam removendam denique etiam at amputatio partis, de qua in poſteris lonloquemur.

4. Quarta indicatio nobis est vitae aegroti vatio, virium vitalium ſuſtentatio atque i univerſalis reſpectus. Si tribus, quas jam oſui indicationibus ſatisfacimus, haec quoquod ſatis intelligitur, efficitur et ne lonfiam, ad illas provoco. — Sphacelus exs, permagnus, aut in organo ortus graviomenti, ſemper fere morbum univerſalem ctionem organismi febrilem provocat. In

---

Ruſt, l. c. p. 204.
Carminati, Unterſuchungen ꝛc. Cap. 1.

inflammationis localis progreſſu febris anima⸗
vertitur Synocha, characteri ſuo convenient⸗
tractanda, quae in gangraenae ſtadio ſenſim pro⸗
clivitatem oſtendit in Synochum transeundi et
in febrem nervoſo-putridam. Haecce tum deni⸗
que orta, virium vitalium permagna depreſſione
humorumque colliquatione eſt deſignata.

Symptomata hujus febris[47]) inveniuntur
pulſus parvi, debiles, valde frequentes, confluen⸗
tes, tremulantes, denique intermittentes, rari, —
calor ſiccus, urens, denique frigida cutis ſudore
frigido et tenaci obtecta, — oculi collapſi, con⸗
cavi, — facies collapſa, anxia, — oris labia,
gingiva et lingua muco nigro, ſordido obtecta, —
anhelitus male olentes, reſpiratio difficilis, ſitis
vehemens, inquietudo, anxietas, ſopor, delirium,
corpologia, tendinum ſubſultus, meteorismus,
alvi evacuatio involuntaria aliaque cetera. —

Semper reſpicere debemus ad vis vitalis ſta⸗
tum aegroti, ad morbum univerſalem, cujus na⸗
tura nobis praebebit curationis indicationem.
Quo major apparet imbecillitas, quo major febris
typhoſa, eo major etiam ſit remediorum exci⸗
tantium adminiſtratio, Camphorae, Moſchi, Ca⸗
ſtor, Ammon. carb., Aethereorum, in typho pu⸗
trido praeſertim Acidorum mineralium excitan⸗
tibus conjunctorum, Chinae, Vini etc.

Si omnia remedia, quibus ferrum candens
postremum adnumerandum, fruſtra ſunt adhi⸗
bita, ultimum artis refugium, ut vitam aegroti
ſuſtineamus, remanet Amputatio, quam in uni⸗
verſum inſtituerunt chirurgi, ſi ſphacelus ex
cauſa idiopathica totam extremitatem deſtruxit,

47) v. Walther, a. a. O. §. 241.

:ura ipſa partis ſphaceloſae expulſionis pro-
n perficere non poteſt, ſine vitae ex conti-
uppuratione et febre lenta periculo. Sed
nputatione inſtituenda chirurgi et plurimi
timi valde diſſentiunt quoad indicationes,
d tempus et locum. Utrum in parte ſuper
rcationis lineam, an in media ipſa linea
erandum, nec ne, in ſpacelo progrediente
deuteropathico utrum inſtituenda ſit opera-
nec ne, haec eſt quaeſtio diſſenſionis ple-
ia. Ex altera parte [48]) adſunt auctoritates
lentes atque graviſſimae totidem, quot nu-
mus etiam in altera parte [49]). Perlongum
iumerare ſingulas autorum ſententias, qua-
ter mihi liceat citare, quae Ruſt exhibet loco
us citato ſub art. Brand und Amputation.
quidem tironis adhuc imperiti ſententia am-
io eſt inſtituenda:

in ſphacelo idiopathico, ſi extremitas ali-
qua valde deſtructa apparet, ſine ſpe ejus
ſervandae

ſi natura quidem, arte juvante, ſphaceli
depulſionem abſolvere poſſet, ex temporis
ſpatio autem et ex ſuppuratione perpetua,
humorumque amiſſione, virium maxima
debilitas et mors timenda erit.

ſi ſphacelus idiopathicus omne artis auxi-
lium reſpuens celerrime progreditur, trunco
imminens.

ſi ſphacelus vaſa nervosque magnos perro-

Pro amputatione in ſphacelo progrediente: Lar-
rey, Lawrence, Cooper, Guthrie, Hutchinſon, Ken-
net, Dzondi, Chelius, Langenbeck.
Contra: Bell, Cheſelden, Pott, Kirkland, Schrei-
ner, Richter, Arnemann, Ruſt.

dit et ſanguinis profluvium nullo alio mo
ſiſti poteſt.

5. De ſymptomatum ſingulorum reſpe
atque complicationum, ut affectionum nervo
rum, gaſtricismi, ſtatus dyscratici aliorumq
jam in prioribus in univerſum locutus ſum, qu
igitur, hoc loco, ne repetam jam dicta, in m
moriam ſunt revocanda. — Facillime in ſph
celo oriuntur ſanguinis profluvia, aut ex vaſib
ſingulis ſphacelo corroſis, aut ex tota partis ſph
celoſae ſuperficie, difficillime ſiſtenda, aegro
tumque valde debilitantia. Quod de haemo
rhagiis earumque curatione in univerſum doc
tur, hic praeprimis, locum habet, remediis len
oribus fruſtra jam tentatis, ferrum candens, et
in ſumma rerum neceſſitate, amputationem eſſe
adhibendam.

6. Reſtat denique indicatio ſexta, parte ſpha
celoſa ex vivo ſoluta, ulceris aut poſt amputati
onem vulneris remanentis ſanatio, cui, ne nimis
longus ſim, indicationibus certis et notis ſatisfa
ciemus.

Tantum de ſphacelo ab inflammatione ſthe
nica activa.

Quod autem attinet ſphacelum ab inflam
matione aſthenica ortum, ſaepiſſime obſervatum,
eadem fere in univerſum ſymptomata in decurſu
nobis praebet, quae ſphacelus ex inflammatione
ſthenica, modificata tantummodo ex conſtituti
one individui univerſale, ex cauſa efficiente, et
organi correpti conditione. Inflammationis
aſthenicae ſymptomata, inter ſe ſaepe non conſen
tientia, — (dolor exempli gratia, permagnu
invenitur in calore parvo) — minori in gradu
conſpiciuntur; ſtatus vitalis localis et univerſali

orem inflammationis gradum, ut in ſthenica, permittunt; vis reagendi magis apparet deſſa, et mox, humorum diſſolutio, ſtatus colıativus in conſpectum venit ejusque in ſphaım tranſitus. — Aetas ſenilis, conſtitutio ilis, dyscraſiae etc., debilitas localis ex morpraegreſſis etc. diſpoſitionem praebent. Cauoccaſionales, ut inflammatio hunc ſumat chaerem omnes ſunt, quae vitalitatem deminu-, contuſiones, commotiones, vulnera cum gno ſanguinis effluvio conjuncta, vuln. ſclo-ria, vaſorum nervorumque rupturae, fractucomminutae, humorum extravaſata, frigocontagii et veneni impulſus atque translatio.— In prognoſi omnia ſunt reſpicienda, quae in prognoſi generali ſunt explicata. — Cu eadem offert objecta, ut in ſphacelo ex ımmatione ſthenica, et eadem eſt in ſpha- colliquationis via orto. Ut inflammationis enicae in colliquationis facillime ineundae ſitum prohibeamus, curatio inſtituenda eſt, ı chirurgiae capite de inflammationibus do-r. —

phacelus e frigore [50]).

Duplici modo ex frigoris effectu ſphacelus pici poteſt, aut depreſſione permagna ſenſiatis atque irritabilitatis — gangraena — aut ecta vis vitalis exſtinctione ſubita, — ſpha-

) Mai an et qua ratione frigus in corpore human. agere valeat. Heidelb. 1798. — Pabſt, de frigoris et caloris actione in corp. hum. Erfurt, 1798. — Ephem. Nat. Cur. Dec. 3, ann. 1, obſ. 17. — Grant, in Journ. de Medecine T. LXXXII. — Schneider, in Richter chirurg. Bibl. B. XI; S. 316. — Theden, Neue Bemerk. II; S. 248.

celus. — Prior forma ſemper fere oritur ex efffluxu caloris celeriter et ſubito in organum frigore affectum, adducto [51]). — Gelu corpori adducit asphyxiam localem aut univerſalem, per longum tempus ſine mortis tranſitu durantem. Sanguinis circulatio primum deprimitur et denique tollitur in vaſibus periphericis, tum in majoribus; eodem modo nervorum ſenſibilitas depreſſa eſt, denique exſtincta; ſecretiones periphericae ſiſtuntur, ſanguis denique humoresque gelascunt; pars frigore correpta rigida invenitur et fragilis, cutis quaſi pergamena, inſenſibilis. Si hoc in rerum ſtatu ſubito exponitur pars temperaturae valde adauctae, combuſtio vera parti, multos in momento caloris gradus percurrenti, adducitur et gangraena aut Sphacelus certe orientur. Ne hoc fiat, pars affecta ſenſim eſt calefacienda, primum nive, aqua frigida obtegenda, frictionibus etc., poſtremum excitantibus fluidis etc. curanda.

Gangraena, ſi falſa curatione ex caloris influxu adducitur, haec praebet ſymptomata. Cutis prius pergamena, rigida, inſenſibilis, conſpicitur ſenſim livida, violacea, tumefacta; veſiculae ſe oſtendunt fluido ſeroſo — ſanguineo impletae; dolor ſentitur premens, hebes etc. et omnia nunc inveniuntur, quae characteriſtica ſunt gangraenae, quae tum ſanatur remediis jam notis, aut, ut ſaepius, in ſphacelum tranſit. — Si ex frigoris influxu vis vitalis perfecte exſtincta — Sphacelus — invenitur, ut in digitis, manibus, pedibusque ſaepius obſervatur, partes

---

51) v. Walther, a. a. O. §. 294.

rigidae, fragiles, infenſibiles, rugatae, col-
ae, exſangues, mumefactae, fuscae nigrae. —
Sphacelus hujusmodi ſemper eſt ſiccus et
lem Waltheri auctoritate aut eſcharoticus,
erficialis, circumſcriptus) — primo frigidis
nerſionibus fomentisque, tum cataplasmati-
aromaticis tractandus, — aut necroticus (ex-
ius, profundus, partis totalitatem aſſumens)
n quo diſſolutionem partis ex naturae ſtudio
itutam non exſpectare, ſed amputationem
ure ſuadet Walther, quae ex aliorum et mea
entia tum demum inſtituenda eſt, ſi demar-
ionis linea formata et partibus mollibus jam
puratione deſtructis, os ad lucem provenit;
ſaepe curatione apta interna et externa, fo-
tis aromaticis, etc. inſtituta, vitae partis re-
tio (ex profundis reproducta) obſervata eſt.

Sphacelus ex combuſtione [52]).

Quaeque combuſtio inflammationem efficit
ium, hoc modo, ut ardor diverſus ejusque
nſitas, influxus etiam longius aut brevius
lurans, partium denique, quibuscum in con-
um venit, conditio atque major aut minor
bilitas, diverſos combuſtionis gradus, in-
mationis gradibus in univerſum convenien-
provocet. Quatuor ponimus combuſtionis
lus. Primus [53]), — Erythema, — ruborem

) Richter, Anfangsgründe Th. 1, Cap. 5. — Arne-
mann, System Th. 1, S. 356. — Bernstein, Hand-
buch Th. 1, S. 111. — Bell, Lehrbegriff. — Cal-
lisen, System 1, §. 633. — Plattner, Einleit. §. 229. —
Horn, Handbuch Th. 1, S. 303. — Berger, über
die Erkenntniß und Kur äußerer Krankheiten T. 3,
S. 30.

) Ebermaier, Taschenbuch der Chirurgie B. 1, S. 283.
Leipzig, 1820.

offert levem, dolorem prurientem, ſine tumor et temperatura adaucta. — In ſecundo gradu obvenit rubor magis intenſus, cum partis intumeſcentia, temperatura valde adaucta, dolor vehemens, urens, quibus febris ſynocha ſaepe accedit. — Gradus tertius combuſtionis ſymptomata jam nominata offert vehementiora, veſiculae ſeroſo fluido impletae, epidermis paſſim diſſoluta, febris inflammatoria vehementiſſima, dolores inveniuntur permagni, non ferendi; gangraena mox ſe oſtendit — Quartus [54]) denique gradus mortem oſtendit organicam partis affectae, ſphacelum. — Qui ſinguli combuſtionis gradus interdum ut in ferri candentis influxu, omnes eodem tempore inveniuntur. —

Quaeque combuſtio vehementiſſima ſemper efficit ſphacelum et hoc modo [55]), ut fluida vaporesque ferventes, Alcalia, Phosphorus etc. humidum, ardor autem ſiccus, ferrum candens, lapis infernalis, acida mineralia etc. efficiant ſphacelum ſiccum aut eſcharoticum, aut necroticum [56]). —

Prae ceteris partes corporis externae combuſtioni ſunt expoſitae. Ex combuſtionis gradu, ejusque intenſitate, atque influxu perdurante dependet, utrum cutis ſolum an organa etiam profundiora, musculi, nervi, vaſaque et oſſa corri-

---

54) v. Walther, l. c. §. 276 combustionis gradus deſignat hoc modo: Es giebt einen eryſipelatöſen (erythemat.) einen exſudativ. entzündlichen (veſiculöſen) einen phlegmonöſen, einen ſuppurativ-ulceröſen und einen gangränös-ſphacelöſen, eſcharotiſchen und necrotiſchen Verbrennungsgrad.

55) Moſt, Encyclopädie der geſammten mediz. u. chirurg. Praxis. Leipzig, 1833, art. combustio.

56) v. Walther, a. a. O. §. 273.

ntur. Ex fluidi ferventis vaporumque etc. in-
ku partes internae, telae mucosae combusti-
: corripi possunt.

Prognosis pendet ex combustionis gradu
sque extensitate, ex parte affecta et individui
ate, constitutione et sexu. Quo extensior su-
ficies combusta, quo majoris momenti orga-
n, quo minor aetas aut imbecillior, ut in in-
tibus senibusque, eo pejor apparet prognosis.
ris etiam inflammatoria, functio cutis sup-
ssa in prognosi instituenda multum valent.
cursus et exitus dependent ex rebus jam ex-
itis. —

Combustiones permagnae saepe febrem ner-
am, deliria, convulsiones, apoplexiam — Cho-
St. Viti etiam ex combustionis magnae in-
ku in clinico nostro observata est — aut in-
nmationes internas, Gastritidem, Enteritidem,
ningitem, et Pericarditidem secum ducunt. —
ida ferventia majoris extensionis provocant
nbustiones, ignis et corpora ferventia sicca
fundiores. — Pulveris pyrii combustio valde
orifica et propter pulveris grana saepius exse-
da, longinqua. — In calcariis terribiles in-
niuntur combustiones pessimae prognoseos. —

Therapia. Objecta sunt malum locale et fe-
s. Primi combustionis gradus huc pertinent
m hac ex causa, ut, ne in sphacelum trans-
t, prohibeamus, quapropter antiphlogistico
do sunt tractandi. Aqua frigida [57]), solutio
minis, Aq. saturnin, Aq. Goulardi, Ung. sa-
n. et Zinci, — lac, oleosa, Mixtura vuln.

) Hufeland, N. Journal B. 1. 1809. — Dzondi, über
Verbrennungen. Halle, 1816.

acid., Aq. calcis, Liniment. ex aq. calcis (Ol. lini et aq. calcis — Anglicorum Coronoil ex Chaumet Turner et Thomſon auctoritate) ſunt commendata. Epidermide deſtructa utiliſſima ſunt remedia olioſa blanda. In phlegmonoſa inflammatione ex Waltheri auctoritate [58]) fomenta frigida ſunt reponenda et ſuppurationi exſpectandae cataplasmata tepida inſtituenda. — Veſiculae in conſpectum venientes, ſecreto acupunctione remoto, epidermide ne priventur ſtudeamus. —

Noviſſimo tempore lapis infernalis aut in ſubſtantia aut in ſolutione valde concentrata plurimorum auctoritate et experientia valde laudatur. Tota combuſtionis ſuperficies hoc remedio ſaepius eroditur, et ſanationem celeriorem hac curatione inſtituta ſe effeciſſe contendunt, qui commendant. Ipſe bis obſervavi hujusmodi curationem in clinico noſtro, quae optimi fuit eventus. Dolor hoc remedio adductus in primis momentis vehementiſſimus valdeque urens, mox remittitur et ſub cruſta formata, aëris externi influxum arcente, ſanatio ex profundis celerrime prodiit. —

Sphacelo aut ex inflammationis progreſſu aut ex combuſtione ipſa orta, pars ſphaceloſa ut reſolvatur tractemus remediis jam notis.

In ſphacelo eſcharotico, cruſta relapſa, ulcus cutaneum remanet longe durans, difficile cicatricem ducens, propter frequentiorem cutis cum organis profundioribus concretionem atque hac re adductum extenſitatis defectum. Oleoſa, cerata hoc in ſphacelo ſunt indicata. Ulcera tum orta Ung. ſaturn., Ung. Zinci, Aq. ſaturn., Aq. cal-

---

58) v. Walther, a. a. O. S. 169, §. 286.

etc., caro luxurians lapide infernali tractanda. esertim videamus, ne concretiones partium finium suppurantium, ut digitorum etc. et echiae oriantur. — In combustione necro-, qua tota extremitas apparet corrugata, ex-ata, crustacea, mumefacta, ossa carbonisata, m statum videmus in hominibus igni illapsis, epilepticis, si pars corporis longius per tem- in igne remansit etc., nullum remanet artis amentum, nisi partis amputatio. —

Curatio interna semper, si necessaria esse vi-ur, locali conjuncta, febri sit conveniens, ejus- characteri atque naturae, qua propter in uni-sum antiphlogistica. Propter perturbatam in nbustione permagna functionem cutis et ex s cum telis mucosis consensu, saepius nobis urrunt complicationes gastricae, quae pro na- a sua tractandae sunt. — Ob dolorum gravi-m atque individui erethismum permagnum ientia, narcotica, nisi contraindicatio adsit, t porrigenda,

Sphacelus ex influxu chemico.

Huc pertinent omnia sic dicta cauteria po-ialia, Acida mineralia concentrata, Alcalia tica, Lapis infernalis, Butyrum Antimonii, cum muriaticum, Hydrargyrum muriaticum rosivum, Arsenicum album et alia, ex quo-n omnium influxu major aut minor combusti- gradus organismo, quocum in contactum it, adducitur. Prout potentia nocens concen-a aut diluta, quantitas major aut minor, tem- quo afficitur pars longius aut brevius, partis que conditio, magis minusve sensibilis — ermis, quo solutior aut intentior est, ita effec-

tum aut majorem aut minorem habent. — Sphacelus, aut ex inflammatione progrediente invenitur, aut ex influxu subitaneo, siccus aut humidus, de qua re prius jam sermo fuit.

Prognosis pendet ex sphaceli extensitate, organi dignitate et ex omnibus ceteris momentis de quibus jam in prognosi generale et in ceteris sphaceli speciebus locutus sum.

Curationis primum objectum est, causa removenda. Cauterii, si adsunt reliquiae, subito sunt depellendae, tum ut dolores vehementissimos leniamus, fomenta frigida, Aq. saturnina, oleosa, mucilaginosa adhibere debemus. — Partem sphacelosam tum remediis jam notis determinemus, lineaque demarcationis formata, resolvamus, necesse est.

E. Sphacelus ex causa mechanica.

Omnia, quae affluxum humorum atque refluxum, nervorum etiam influxum deprimere possunt aut exstinguere, causis mechanicis sunt adnumeranda, ex quarum influxu hujus sphaceli species in conspectum venit. Huc pertinent fasciae valde prementes, partium prolapsarum stricturae atque incarcerationes, vasorum nervorumque ligaturae, tumores vasa nervosque prementes, commotiones aliaeque res. —

Sphacelus hisce de causis ortus vi vitali partis affectae depressa et exstincta nascitur, infirmo organismi reactionis periculo facto [59]), et plurimis in casibus invenitur humidus. Pars tumefacta apparet extensa, dolorifica, livido-nigra, mox calore deficiente vesiculae oriuntur; tum insensi-

59) Rust, l. c. p. 215.

:, immobilis nobis occurrit, mollis, oede-
ofa, nigra, foetida et faniofa.

Prognofis eadem eft, quae in ceteris fphaceli
iebus, praefertim hinc dependens, utrum
'a efficiens removeri poffit nec ne.

Curatio. Caufae, fi fieri poteft, funt remo-
dae, fasciae prementes folvendae, tumores
irpandi, herniae reponendae, incarcerationes,
alio modo removeri poffunt, operandae etc.
fis remotis, fphacelum forfitan impedire
is. Sphacelus jam ortus eodem modo tractan-
erit, quo ille, qui ex inflammatione origi-
, trahit.

CURRICULUM VITAE.

Soltquellis, urbe Marchiae veteris natus sum a. d. XIV Calendas Majas anno millesimo octingentesimo septimo parentibus fidei evangelicae addictis, quibus vivis adhuc gaudeo, *Ludovico*, finium inspectore, et *Dorothea*, quae fuit de prosapia *Fehland.* Gymnasium, Soltquellis rectore praeclarissimo Prof. Dr. *Solbrig* tunc temporis florens, frequentavi. Tum Halas missum vir summe venerandus praeclarissimus Prof. Dr. *Diek* scholae latinae orphanotrophei rector. scholae suae me adscripsit. Tribus annis absolutis, testimonio maturitatis academicae accepto, almam Halensem musarum sedem accessi, ut ex voluntate parentum theologiae studio me darem. Ab Rectore Magnifico Ill. *a Jacob* in civium academicorum numerum receptus per triennium theologica studia, necessitate potius quam voluntate commotus, incubui.

Quum autem a doctrina theologica ejusque studio animus abhorreret, tandem denique obstaculis prioribus victis Gryphiae auctumno anni MDCCCXXXI ad medicinae studium me converti, qua re ardentibus desideriis juvenis satisfactum est. A Rectore Magnifico Ill. *Schoemann* in civium academicorum numerum receptus per quadriennium hisce et philosophorum et medicorum scholis interfui: Ill. *Erichson* Logicen me docuit. — Ill. *Stiedenroth* Psychologiam. — Ill. *Tillberg* Physicen experimentalem. — Ill. *Hornschuch* Zoologiam, Botanicem. Ejusdem Demonstrationibus plantarum in horto botanico, et Excursionibus botanicis interfui. — Ill. *Hünefeld* me docuit Chemiam theoret. pract. — Ill. *Schultze* Osteologiam et Syndesmologiam, Anatomiam corporis humani, Artem cadavera rite dissecandi, Anatomiam generalem et comparativam, Physiologiam generalem et specialem, Anatomiam pathologicam. — Cel. *Laurer* Anatomiam

orum fenfuum, Neurologiam, Angiologiam, Splanch-iam. — Cel. *Kneip* Doctrinam de offium fracturis xationibus, de Chirurgia Celfi. Ejusdem examina-et converfatorio de rebus chirurg. et medic. latino aftituto interfui. — Ill. *Seifert* Chirurgiam me do-generalem et fpecialem, Pathologiam generalem, pticen, Materiam medicam, Acologiam, Formula-Medicinam forenfem. — Ill. *Mandt* Chirurgiam alem et fpecialem, Aciurgiam, Ophthalmiatricen, citat. operation. in cadavere. Clinici chirurg. et almiatrici dux mihi fuit per annos duos et dimi-. — Ill. *Berndt* Therapiam generalem, Pathologiam erapiam fpecialem, Artem obftetriciam, Doctrin. orb. pfychicis. In Converfatorio et examinatorio . latino ore inftituto, Exercitat. operat. in cadavere. i medici et obftetricii dux mihi fuit per annos et dimidium. Anno MDCCCXXXIV illuftriffimo-nofocomii clinici directorum fummo favore medici iarii hoc in inftituto munus mihi traditum eft, quo nnum et dimidium functus fum.

Omnibus hisce viris illuftriffimis praeceptoribus de eritiffimis fummeque colendis gratias refero maxi-Eorum in me bene merita pia grataque mente ve-i nunquam definam. Praefertim Confiliario a con-intimis Ill. *Berndt*, praeceptori dilectiffimo tantum , quantum fentire folum, nec verbis et oratione mere poffim, quae animum movent.

Nunc vero tentaminibus et philofophico et medico, on examine rigorofo rite peractis, fpero, fore, ut tatione thefibusque publice defenfis fummi in medi-chirurgia et arte obftetricia honores mihi conce-ır.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Tres adsunt sanguinis circulationes, aut si m[illegible] vis una solum.

II.

Harwey quod dicitur, primus sanguinis circ[illegible] lationem animadvertisse, falsum est.

III.

Singula graviditatis certa signa nulla sunt.

IV.

Non semper ea corporis pars est sedes mor[illegible] in qua apparent symptomata.

V.

Hypochondria et Hysteria inter se differunt.

VI.

Interdum jus necis medico competit.